

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

12. In Comitiis decernitur tributum Accisiarum. Reclamant Civitates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1655.

Montium (quos insigne *Chisi* gentilitium
referiebat) annos quingentos duodecim
antè, Papam non sine miraculo prædi-
centis. Quodque pro evenia proptero
preces ad DEUM sollicitus fudisset ipse,
fundique imperasset, ita voti jam compos-
supplicatione solenni, nec sine falso sclo-
porum ac tormentorum sono, latisque
per aream Cathedralem ignibus divina
providenzia grates persolvit.

12. Quibus peractis relicto Monasterio
Christo- *Wolbecam* abit; sed vix eo progressus,
phorus declinante in vesperum die, inopinata
Bern. febri corripitur. Unde statim, quod ex
febrici- Astrologis quispiam fatalem Præsuli diem
tat. eo anno divinasset, Monasterensem illum
fore jam tum febrientem; conficiebant iij,
qui hunc rerum statum ægrè intuentes, votis
suis astra attemperabant. At conjectatio
illos sua fallos habuit; brevi enim (operâ
cumprimis *Bernardi Rottendorffij*, qui
valedicinis moderator erat) recuperata
sanitas est, & Comitia secundum pactio-
nem *Schonesfitanam* ad diem Junij vige-
simum septimum *Wolbecam* indicta. No-
vam inde criminandi occasionem arripuit
vulgus, præteritâ nimicùm Metropoli,
contra morem plures jam annos obser-
vatum aliò conscribi, transferrique Co-
mitia: verum peritiores abunde gnari in
solius esse Principis arbitrio, ubinam con-
ventum

Recon-
valescēs
indicit
Wolbe-
cam Co-
mitia.

1655.

uentum hunc agi velit, prudentius ac-
quiescebant.

Quod autem inter cetera cum Prin-
cipe Schonesfili transactum esset, ut in Monasterien-
proximis Ordinum Comitiis, super ab- ses trac-
ducendo ex Urbe præsidio tractaretur; ^{tant de}
nec obscurè Senatores præviderent, tam ^{educen-}
Cathedralis Collegij Nobilitatis, quam ^{do mili-}
reliquarum in primis Civitatum ab omnis ^{te.}
educatione præsidij aversionem, non mi-
nus temporis, quam urbis suæ lucrum
arbitrati tempestivius prævenire, Princi-
pem orant, Monasteriensibus liceat hac
super re citrâ Comitiorum diem, cum eo
ante & privatim congregi; ac mox an-
nuentem flagitant, ut militem suum edu-
ci, nec alio quam urbico Civitatem uti
patiatur. Id scilicet unum deesse conte-
stantur ad quietem vulgi: gliscere id-
circò quotidiè Civium querelas & Senatui
objicere Principis fidem, ex pacto Scho-
nesfano ad id obligatam. Confidant
unâ militum profectione concessâ, non
Urbis quietem solum, sed etiam Civium
omnium devotionem auctum iri. Chri-
stophorus Bernardus tametsi sub initium
à precibus Senatorum haud alienus erat;
quod tamen per eos dies ex audaculis
quidam, nisi militem suum tempestivè
Princeps educeret, armatam spargeren-
tur expulsionem comminari, cunctior
exinde

1655.

**Partem
primum.**

**Tandem
etiam
omnem
educit.**

**Mona-
sterien-
ses gra-
tias a-
spicunt, &
ampla
offerunt.**

**Deinde
petunt
Vierden-
halvum
absolvi.**

exinde factus dimissionem aliquantisper differebat, experturus si *quid* inconstito Senatu populus contra militem per vim auderet. Postquam verò ex vano istiusmodi minas jactari compertum habuit, ut sinistram omnem Civibus eximeret suspicionem, isto numerosiore præsidio nihil se libertati Civitatis aduersum moliri, non nullas primùm copias educi faciat. Tandem etiam ad iteratas supplicis Magistratus preces, & Francisci Guilielmi Osnabrugensem Antistitis, ipsiusque Collegij Cathedralis Monasteriensis intercessionem totum migrare jubet. Monasterienses ingenitam id gratiam interpretati, per certos è Magistratu ac domo Tribunitiā Depuratos, immensas Principi gratias agunt; ac sperare se omnem nunc seu differentiam seu dissidentiam cum præsidio emissam suamq; offerunt. Urbem profitentur aeternū Principi obligatam, paratamq; quovis ingruente periculo, præfidiarios recipere; integrum immo legiones, suam & patriæ totum ad defensionem, si tempus & necessitas ita postularint, nunquam recusuros. Hanc devotionem præfati, causam Vierdenhalvij proponunt. Meminisse se ad cetera etiam Schonefliti pastum, ac privato cuidam scripto insertum esse, Vierdenhalviam non ante, quam de obiectis criminibus sese purgasset ad publicas